

(44) Nobilibus quibusuis integrum erit domi sua libera conscientia ac religione uiuere, cum familijs et subditis ijs qui eo libere sese conferre uoluerint.

In uroquoq; Balliuatu, senescallatu ac prefectura, Rex ad euangelistarum postulata providebit de loco et urbe, exercitio religionis comoda, ut deo cum securitate et protectione sua. ^{M. S.} earum. ^{ditionum} homines, qui uolent, proficiantur. Nihilominus tamen in alijs Urbibus, pagis, ceterisq; locis in quibus ea uiget religio, in priuatis adibus eo beneficio coniunctim frui poterunt, sublata omni questione, ac interdicta omni molestia nomine conscientia.

In omnibus oppidis in quibus religio hodie pure exercetur, preter ea qua in singulis balliuatu, senescallatu et prefectura nominatim assignabuntur, idem religionis exercitium continuabitur, citra alterius tamen religionis impedimentum.

Omnes Vrbes in suum pristinum statum et commerciorum libertatem restituentur, extraneis regno eiectis.

Singuli ad sua reuertentur, restituenturq; in possessionum honoru et dignitatum integritatem, abrogata sententiarum contra latarum auctoritate.

Sua maiestas dignabitur declarare omnes et singulos utriusq; religionis sub sua fore protectione securos.

(45) LIBELLVS A REGINA EXHIBITVS.

Nobilibus quibusuis, baronibus, castellor, Gfectis, et ijs qui plenu et summum ius in suos habent integrum erit domi sua cum familijs libera conscientia ac religione uiuere.

In uroquoq; balliuatu, et senescallatu Rex locum quem uolet designabit ubi exercitium fiat religionis, et ad quem solum locum qui eare sunt ^{ditionum}, si uolent, conueniant. Nihilominus attamen cuiq; ubiq; permissum sit domi sua libere uiuere, sublata omni questione, et interdicta omni molestia nomine conscientia.

Omnes Vrbes in suum pristinum statum et commerciorum libertatem restituent, extraneis regno eiectis.

Singuli ad sua reuertentur, restituenturq; in integras possessiones, honores et dignitates abrogata sententiarum contra latarum auctoritate.

In omnibus oppidis in quibus religio hodie pure exercetur, ultra ea que in singulis balliuatu, senescallatu, nominatim assignabunt, idem religionis exercitium continuabitur, citra alterius tamen religionis impedimentum.